

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni

Bolland, Johannes

Antverpiae, 1648

II. Ornamenta omnium nobilißima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12748

VI.

Epigrammata quinque de S. LIBO-
RI O calculi dolores curante, ab
N.N.S.I.composita.

I.

Præsens laudis argumentum.

Angitur horrificis pressus cruciatibus
 æger,
 Cui læsa inclusus calculus exta premit.
 Pharmaca mille babit; sunt pharmaca mille
 dolores:
 Nulla datur requies: mors erit vna quies.
Ast imploranti exemplò LIBOR IVS adstat:
 Excutiturque dolor, discutiturque lapis.
Est tua iam virtus albo signanda lapillo,
 Quem tibi tam mirâ laudibus arte paras.

II.

Ornamenta omnium nobilissima.

Lvx alios tumulos pretiosi marmoris or-
 net,
 Et tessellatum conficiatur opus:
 Mille lapillorum fœcunda corona nitescat,
 Contegat ex auro lamina utrumque latus.
Nam tua LIBOR I fastigia sacra sepulchri
 Condecorat pretio nobiliore lapis.

N

Scili-

194 VITA S. LIBORII PATRONI
Scilicet illa maris genuere & viscera terræ
Dona, sed hæc homines parturiere tibi.

III.

Morbi vis elusa.

LIBORI primos hominum libabis hono-
res,

Tam pronâ lacrymis si capis aure preces.
Quidnam in saxa iunctat diras concrescere
arenas,

Si nutu in laticem saxa liquata fluunt?
Postmodò mihi liceat lapidescere, & exta trahere:

LIBORII imperio desinet esse lapis,

IV.

Virtus cœlestis moræ impatiens.

MArmora in ignivomis cudent lique-
facta caminis:

Cuncta diuturnò nam vorat ignis edax.
At subito hinc cerno lapides marcescere fibris,
Arbor ut in cineres fulmine tacta cadit.
Ignea (quid mirum?) LIBORI iussa parasti:
Terrenus dio vincitur igne focus.

V.

Bene repensa virtus.

Peruigil Antistes, quo cultu reddat honore,
Excitat impensè plurima templa Deo.

Mille